

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 293

**Auteur(s)** : Roger de Montbougou [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Sées, Saint-Martin (abbaye)

**Genre d'acte** : notice

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : ...1100...

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Notice relatant le don fait à l'abbaye de Saint-Martin de Sées par Roger de Montbougou et son épouse Cécile de la dîme qu'ils avaient à Forest, près de la voie qui conduit au Mans, sur le territoire de Beaumont. Cette dîme avait constitué le douaire de la mère de Cécile, Ève, et celle-ci la donna à sa fille qui ensuite, épousant Roger, eut cette dîme comme part de mariage, avec l'accord de ses frères et amis ainsi que d'autres biens ajoutés par ses parents. Tous deux, Roger et Cécile, ont donné cette dîme à Saint-Martin de Sées, y ajoutant d'autres biens leur appartenant, à savoir la dîme Bouveuches, des dîmes, une église et deux hommes en Angleterre. Il est en outre convenu que Roger, son épouse et le frère de celui-ci, Robert, seront enterrés à Saint-Martin et abandonneront leurs richesses au monastère. Si, en outre Roger ou Robert souhaitent devenir moines, ils le feront à Saint-Martin et Cécile ne revêtra pas l'habit monastique, sauf sur le conseil des deux frères.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bauduin Pierre, *Du bon usage de la dos dans la Normandie ducale (Xe-début XIIe siècle)*, dans *Dots et douaires dans le haut Moyen Âge*, Bougard François, Feller Laurent, Le Jan Régine, Rome, École Française de Rome, Collection de l'EFR ; 295, 2002, p. 429-465, Annexe, n° 4, p. 454-455.

## Dissertation critique

Date : fin du XIe siècle.

Texte établi d'après a

De decimis de Bellomonte et Bouelchis et quodam prato et in Anglia de decima de Gelese et de ecclesia de Tit et aliis decimis et .II. hominibus in Gelese

Notum sit omnibus tam posteris quam presentibus quod Rogerius de Montebegonis atque uxor ejus Sezilia dederunt atque perpetualiter in elemosina concesserunt Deo et Sancto Martino Sagii et monachis ibidem servientibus uel servituris, quicquid decimæ ipsi habebant in territorio Bellimontis in loco qui vocatur Forest juxta uiam quæ ducit Cenomannum. Et notandum quia hæc decima fuit dotalicium matris Seziliæ, Evæ, et ipsa dedit eam huic filiæ suæ, quæ postea accipiens predictum Rogerium in conjugem habuit in maritatu concessu fratrum et amicorum suorum, cum aliis a parentibus suis sibi additis, supradictam decimam. Quam uterque scilicet Rogerius et Sezilia pro animabus suis et omnium antecessorum successorumque suorum, sicut dictum est, Deo et Sancto Martino tradiderunt, et insuper plura alia de suis bonis addiderunt, scilicet decimam de Bouelchis et unum arpentem prati, et in Anglia decimam de Calisei et æcclesiam de Tit cum tota decima, et decimam de toto dominio suo quod habent inter Ripam et Mersam, vel etiam ultra fluvium qui vocatur Ripa. Habuerunt etiam hanc conventionem predicti

Rogerus et uxor ejus et etiam quidam frater Rogerii Rotbertus cum Sancto Martino et suis monachis, quod in fine suo corpora ad sepeliendum et omnes suas facultates quisque suam partem, sepedicto monasterio debent reddere, et monachi Sancti Martini tantum elemosinarum vel orationum pro unoquoque eorum debent facere quantum facerent pro aliquo professo monacho ex ipsa congregatione. Pepigerunt etiam quod si aliquando Rogerus vel Rotbertus vellent monachi fieri, non fierent nisi in monasterio supradicti sancti Martini. Et etiam si Sezilia unquam vellet mutare habitum, non faceret nisi predictorum consilio fratrum. Dederunt etiam predicti Rogerus et uxor ejus duos homines Sancto Martino in Calisei. Prædictarum donationum et conventionum testes sunt videntes et audientes, Fulco filius Alberici, Hamericus, frater Seziliae, Herbertus, filius Fulcoii, Paganus, filius Odonis, Gotscelinus, filius Gisleberti, Guarnerius, filius Hermenfredi, Engelbertus de Leucas, Rogerus, frater Rotberti mo[nachi], Herbertus Cocus, Gunterius filius Fulcherii, Giradus, filius Beloie, Petrus, nepos Rainaldi mo[nachi], Rotbertus de Costentin, Radulfus marescalcus.